

FRANCISCI  
MONACELLI

EUGUBINI J. U. D.

Protonotarii Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ,  
ac deinde Æsinatis Vicarii Generalis, &c.

FORMULARIUM

Legale Practicum

FORI ECCLESIASTICI,

IN QUO FORMULÆ EXPEDITIONUM  
usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judi-  
cis nobile, continentur.

*OPUS EPISCOPIS, VICARIIS GENERALIBUS, ALIISQUE  
Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis,  
Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus, apprimè utile ac necessarium.*

CUM APPENDICE PLURIUM CONSTITUTIONUM  
Apostolicarum, & Decretorum Sacr. Congregationum, atque In-  
structione pro Visitantibus, in fine Operis adjectis.



VENETIIS, MDCCVI.

Apud Antonium Bortoli.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.



# Sanctissimæ, ac Individuæ Triadi.



*I*bi Patri largienti, Filio recipien-  
ti, Spiritui procedenti, quibus est  
una Divinitas, equalis Gloria, co-  
eterna Majestas, Sanctæ & Indi-  
viduæ Trinitati, uni Deo Infinito  
in essentia, Æterno in duratione, Immenso in  
presentia, Sapientissimo in consiliis, Omnipoten-



# FORMULARIUM LEGALE PRACTICUM

Fori Ecclesiastici.

## TITULUS I.

### De electione, & deputatione Officialium.

Deputationis Vicarii Generalis.

#### FORMULA I. SUMMARIUM.

- 1 **C**lausula-Et alia omnia gerendi, etiamsi talia forent, quæ mandatum speciale requirerent habet vim mandati specialis.
- 2 Vicarius Generalis, quæ non possit facere sine mandato speciali?
- 3 Onus Episcopatus gravissimum. Episcopus debet esse intentus internis, & externis, *ibid.*
- 4 Episcopi plures ex ommissione damnantur.
- 5 Episcopus quando teneatur Vicarium assumere? & num. 6.
- 7 Episcopus tenetur predicare. Missam celebrare quotidie, vel saltem audire, num. 8.
- 9 Diocesim per se ipsum visitare.
- 10 Delicta Clericorum punire.
- 11 Examini Ordinandorum interesse.
- 12 Consortium Mulierum vitare.
- 13 Elemosynam largiri.
- 14 Concordiam Civium procurare.
- 15 Pupillis, & Viduis providere.
- 16 *Monacelli Form. Pars I.*
- 16 *Officiales, & Ministros bonis moribus imbutos retinere.*
- 17 *Iracundiam, & Avaritiam fugere.*
- 18 *Mansuetudinem amplecti.*
- 19 *In Civitate, seu Diocesi residere.*
- 20 *Ordinationes sine suspitione Simonia tenere, & ordines conferre.*
- 21 *Bonos mores in populo, & disciplinam in Clero promovere.*
- 22 *Moniales reformare, & clausuram tueri.*
- 23 *Vita irreprehensibili viam Cæli Subditos docere.*
- 24 *Vicarius Generalis debet esse probus, & fidelis, & num. 25.*
- 26 *Scientia, & experientia idoneus.*
- 27 *Scientia ad regimen est necessaria.*  
*Judex non syndicatur de imperitia, sed de corruptione, & barrattaria, *ibid.**  
*Judex imperite judicans in jure certo facit litem suam, *ibid.**
- 28 *Prudentia, & Sapientia reperitur in senibus.*
- 29 *Lex respicit ad ea, quæ frequentius eveniunt; Non ad ea, quæ raro.*  
*Episcopus tenetur de facto Vicarii imperiti, *ibid.**
- 30 *Vicarius Episcopi est Ordinarius.*  
*Vicarius Generalis debet deputari in scriptis, *ibid.**

# APPENDIX

## AD FORMULARIUM

### LEGALE PRACTICUM

#### FORI ECCLESIASTICI

Continens plures Constitutiones Apostolicas, & Decreta Sacram  
Congregationum cum Adnotationibus, ac Instru-  
ctione pro Visitatoribus.

S. Pii V. Const. V.

De Cultu, & Veneratione Ec-  
clesiarum.

SUMMARIUM.

1. Ecclesia collapsa, vel suppellectilibus destituta, debent destrui, si non possunt provideri, & restaurari, & n. 2. 3. & 4.
3. Beneficiatus pro admissione ad partici-

pationem Collegii Ecclesiastici potest licite aliquid solvere, in usum Sacristiae erogandum.

6. Statutum Ecclesiae quo disponitur, quod noviter admissi ad servitium Ecclesiae non participant per annum, vel biennium, sed gratis inserviant est licitum, & servandum.
7. Beneficium assequens juris patronatus pro remuneratione servitorum praestitorum, simoniam non committit, si debitum non erat legale.

## PIUS EPISCOPUS, &c.

CUM primum Apostolatus Officium Divina Nobis dispositione commissum suscepimus, statim omnem curam, & cogitationem nostram in Domini Gregis fidei nostrae crediti salute defiximus, & Christi fideles, Deo juvante, ita dirigere statuimus, ut a vitiis, & peccatis abstinentes, iter quod ad vitam aeternam ducit insistant.

- § 1. Cum autem ad omnia, quae Divinam Majestatem aliquo modo possent offendere, removenda, mentis nostrae aciem intenderimus, ea primum, & sine mora emendare decrevimus, quae Deo praeter caetera displicere, & iram ejus provocare, cum Divinae doctae Scripturae, tum gravissima exempla declarant, nempe Divini Cultus neglectum, simoniae labem, blasphemiae crimen, & libidinis naturae contrariae vitium execrandum, propter quae populi, & nationes, bellorum, famis, & pestilentiae calamitatibus, iusta Dei ultione saepe plectuntur. Et si autem contra eos, qui tam gravia crimina admiserint, multae a Praedecessoribus nostris Constitutiones editae fuerunt; tamen quia perum est leges edere, nisi sint, qui eas debitis temporibus exequantur.
- § 2. Idcirco ne qui forsitan extolerantia sperare impunitatem audeant, scientes plerosque poenarum gravitate magis, quam Dei timore arceri solere a volun-